

SERMO

XCIII

80
400

Psal. ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. et de munda corporis non curat. Hic cadit exemplum de galla filia zularis. que nisi acciperet virum haberet barbam in dialogo est. Dyaabolus autem in ministris suis vult immunditiam cordis et mentis. De corporis vero mundicia multum curat quia per pulcritudinem multos peccare facit. Sap. xiiij. Creature dei in odium facte sunt et in temptatorem anime hominum et in miscipulam pedibus insipientium. **T**ercio propter ministrorum dei generositatem. Nam omnes ministri dei sunt filii dei regis eterni. Joh. ij. Carissimi filii dei sumus. si nondum apparuit quod erimus. Et ideo omnes sunt reges. Propter quod dicit gregorius. quod seruire deo regnare est. Ministri autem dyaboli omnes sunt spurii et serui vilissimi peccatorum. In omni enim peccato mortali anima cum dyabolo mechatur propter quod homo efficitur spurius dyaboli et seruus peccati. Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. **T**ertio dem. Qui facit peccatum seruus est peccati. **Q**uarto propter materiam in qua ministrat diuersitatem. nam omnes ministri dei ministrant ei in luce et in opibus lucis scilicet in opibus virtuosus et in iusticia et sanctitate. **L**uce. j. Seruiamus illi in sanctitate et iusticia. Ministri autem dyaboli ministrant ei in tenebris et in opibus tenebrosis scilicet in opibus peccatorum qui in tenebris sunt et ad tenebras ducunt quia omnis qui male agit odit lucem. Joh. ij. **Q**uinto propter ministrorum christi concordiam et pacem nam omnes ministri dei sunt caritate uniti. et persequuntur humiles et pacifici. Joh. xij. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Non habitabat in medio domus mee quia facit superbiam. Ministri autem dyaboli non sunt in caritate uniti. sed sunt diuisi et discordes. Vnde apertius et speciales ministri dyaboli sunt homines piales scilicet guelli et gebellini. albi et nigri. Luce. xj. Qui non colligit mecum dispergit. Nullus opus est ita dyabolice sicut scisma in ecclesia et diuisio in populo. **S**ecundo exponi potest de diuitiarum cupiditate et caritate nemo propter diuitias et caritati seruire propter quing. Nam propter quing dicit cupidus vel avarus seruire diuitiis que ad seruum pertinent propter quod dicit seruus diuitiarum que omnia aduersant caritati. **P**rimum est quod cupidus custodit diuitias ut seruus et non distribuit eas ut dominus non enim habet super eas potestatem nisi sicut seruus. Eccl. vj. Est aliud malum quod vidi sub sole et quidem frequens apud homines. vir cui dedit deus diuitias et substantias et honorem et nihil deest anime sue ex omnibus que desiderat. nec tribuit ei deus partem ut amedat ex eo. sed homo extraneus vorabit illud. **Q**uia ut dicit bernardus. Si interroget avarus. Nonne bonum est dare diuitias periculis et recipere in eternum mansuras. dare substantiam temporelem et recipere regnum eternum. Respondebit quod sic. Et si iterum petatur ab eo. quare hoc non facis dicit quod non possum. quia non habeo gratias.